Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ad frontem dic.

Domine Iheſu Chriſte, qui frontem tuo caractere ſacro criſmate confirmare uoluiſti, ut angeli Sathanæ impugnatio, uiso hoc caractere, minus ualeat prænalere, concede propitus, ut hæc famula tua .N. ſacro baptismate tibi renata, ſanitatem frontis ✠ et contra omnem aduerſitatem malignorum ſpirituum, recipiat firmitatem, ut nullis impedita phantaſticis imaginationibus, te ſolum ſentiat, intelligat, et imaginetur, et cuncta infeſtatio ſpirituum malignorum ab ea propellatur, per te dominum noſtrum Iheſum Chriſtum, qui cum patre et ſpiritu ſancto. etc. uenturus eſt iudicare uiuos et mortuos. etc.

Ad oculos.

Domine pater omnipotens deus, qui cuncta creaſti, et per unigenitum filium tuum dominum noſtrum Iheſum Chriſtum cœcum illuminaſti, ut tua manifeſtaretur gloria, nam luto quod feciſti ex ſputo tuo, linuiſti oculos ſuos: Line oculos famulæ tuæ: ut te oculis exterioribus, ac mentis poſsit intueri, et ab obſidione, et cunctis impedimentis diabolicæ poteſtatis ſaluata, te ſolum intelligat, colat, et ueneretur.

Ad nares.

Domine pater omnipotens, qui per quinq; ſenſus